



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent, vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Antidotorum Evangelicorum D. Thomæ Stapletoni, S. Theol. Doctoris, & in Academica Louaniensi S. Script. Professoris Regij, Pars Altera - In Sacrosanctum Euangelium secundùm Ioannem

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

29. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39480

clamantem, id est, clamare facientem, *Abba Pater*, id est, quæ facit vos Deum diligere vt patrem. *Itaque iam non estis serui, sed filij.* Idem Beza ad verba Pauli ad Rom. citata, in verbo quidem *χρησταις* & ludit, vt beneficium illud noter, quo Deus Christi iustitiam nobis imputat, & sic gratificat nos in Christo (quod eius figmentum in caput ad Rom. s. latè refutauimus) sed de verbo *χρησταις*, de gratia Christi, & dono per gratiam Christi in nos redundante, nihil profus impostor dicit. Ita quando corrumpere Scripturas nequeunt, omnem ipsarum tractationem callidè prætermittunt.

17. *Gratia & veritas per Christum facta est.*

Gratia per Christum facta est (ait Augustinus) vt data *Cõtra Falsam*
indulgentiam peccatorum, quod in lege præceptum erat, ex sum lib.
 Dei dono custodiretur. Duo dicit per Christum facta, remis- *22. cap. 6.*
 sionem peccatorum, & gratiam implendi legem. Vtriusque sanè tota Trinitas author est. Sed hæc per Christum facta dicitur, quia solus Christus hæc duo nobis promeruit, obtinuit, procurauit. Designatur hinc causa instrumentalis diuinitati coniuncta. Vtrumque etiam hoc verbo gratiæ comprehendit agnoscit hoc loco Calvinus. *Gratia* (inquit) *nomen generaliter accipio tam pro remissione peccatorum, quàm pro renouatione cordis, denique quicquid ad spiritualem iustitiam spectat. Eius autem duæ sunt partes: quod gratis se nobis Deus conciliat, & quod legem suam cordibus inculpsit iuxta Hierem. verba cap. 31. vers. 31. ac intus per spiritum suum in illius obedientiam homines reformat.* Hæc ille. Quæ valde notanda sunt. Duæ enim Caluini hæreses hæc explicatione euertuntur. Imputatiua iustitiæ, & mandatorum obseruatio nemini possibilis. Nunc enim præter remissionem peccatorum agnoscit spiritualem iustitiam in cordis renouatione positam, & per hæc renouationem ad legis obedientiam corda reformari. Hoc effecit huius loci euidentiæ, quæ fucum non admisit.

*Caluina-
na hæreses
ex ipso Cal-
uino refu-
tata.*

29. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Vocat Christum agnum Dei, quasi victimam singularem à Deo datam; non vt agnum Paschalem. aut agnum qui quotidie mane ac vespere offerebatur, qui peccata tollere non poterat; sed vt agnum illum qui *sicut ovis ad occisionem ductus*

Peccata
dupliciter
tollit Chri-
stus.

1. Ioan. 3.

Beza Cal-
uinum cor-
rexit.

ductus est, & coram tondente se obmutuit, Esaïæ 53. & Hieremi
11. Tollit peccata mundi, partim expiando illa per modum
sacrificij, & pœnas illis debitas exoluendo, partim ab eius
seruitute liberando, quæ est propria gratia huius agni. In hoc
enim apparuit, ut dissoluat opera diaboli, quæ sunt peccata.
Hanc gratiam hoc loco Caluinus negat. Christus (inquit)
peccata nostra ferendo aufert. Quamuis ergo peccatum in no-
bis perpetuò hæreat, tamè, quoad Dei iudicium, nullum est, quia
abolitum Christi gratia nobis non imputatur. Hæc ille. Sic in
sensu Caluini, Christus re vera non tollit, sed tolerat, nec au-
fert, sed fert peccata mundi: quia illa perpetuò hæere pe-
mittit, & manent semper, sed non imputantur. Quare hæc
absurdam & impiam deprauationem correxit ipse Beza. Agni
(inquit) vocabulo significatur sacrificium, cuius sanguine de-
leto chirographo expiamur. Tollendi vocabulo naturalis illius
labris ac macula sublatio designatur, quum Christo per bap-
tismum insitis nobis vetus homo moritur, & nouus induitur. Illud
ad iustificationem, hoc ad sanctificationem pertinet. Hæc Be-
za, magistri sui pestilentem doctrinam rectissimè corrigent.
Aliam nunc corruptelam ponit Caluinus. Quia vnus (inquit)
Christus tollit peccata, omnes humane satisfactiones, piacula
omnia, & redemptiones euertuntur; ut certè nõ nisi impia com-
menta sint diaboli astu inuenta. Sed non aduertit impostor
impius duo. Primò, Christum vt causam vniuersalem tollere
omnia peccata: alias autem esse causas particulares per quas
illa vniuersalis applicatur, vt vel ipsa Sacramenta gratiæ, vel
necessariam cuiusque dispositionem. Secundò, satisfactiones
pœnitentium non adhiberi quasi peccati redemptiones aut
piacula, vel quoad culpam, vel quoad pœnam æternam, sed
vel quoad pœnas tēporales adhuc peccato debitas exoluen-
das, vel quoad ipsius peccatoris necessariam quandam medi-
cinam & correctionem. Quæ propterea omnes à tota anti-
quitate diligentissimè inculcatæ, non astu diaboli hodie in-
uentæ, sed astu & nequitia diaboli ab hæreticis eius ministris
hoc tempore agitatæ & explosæ fuerunt.

32. Vidi Spiritum sanctum descendentem quasi
columbam de celo.

Veteres quidam hæretici hoc loco abusi sunt, vt Cerin-
thus & Arius, teste Epiphanio her. 28. & Athanasio orat.
2. contra Arianos: ille, quòd Christus antea purus homo nunc
pri